De compositione horalogii quadrati vlis de monte regio

Pro compositione horalogii quadrati vlis Iohis de monte
regio. Nota fiat circulus ad libitum quem quadri-
dretur Et notentur quatuor puncta a.b.c.d.
Centrum circuli e. Trahatur igitur dyameter
inferentem per puncta a.c. Et diameter orcide
item tendatur per centrum E. et puncta d.b.
Et circuli quarta A.b. dividatur in tres partes
equales quarum quelibet 30 gradus notat Item quelibet
3 in duo dividatur et partes valebunt 15 grad.
Item quelibet partes dividatur in quinque et quelibet
partium erit 3 gradus Et signentur numeri ad puncta
incipiendo a puncto B. versus a. 9 gradus
elevationis poli erunt Hinc incretur ex puncto
A. versus B. maxima solis declinatio scilicet 24
gradus minus 3 partes unius Et punctus declinationis
[illegible] 24 [illegible] ponitur gradus f. Ponatur
igitur circini pes immobilis ad punctum A.
et alter ad f. in eadem extensione fiat punctus
in quarta A.d. qui nominetur g. Rursus
eadem extensione circini pede posito immobili
in puncto C. in quarta b.c. fiat punctus
h. Tunc ad puncta f. h. trahatur linea — et in quarta r d et fiat punctus L x.
recta et punctus ubi dyameter b.d. intersecat
vocatur z. Item fiat linea a puncto g.
ad L. et punctus medie sectionis vocatur
k. Consequenter trahatur linea a puncto
f. in centrum e. et alia a puncto I. in
centrum e Illa enim figura piramidalis notabitur
sub latitudine sive elevatione poli arctici

lineale

Post hec dispositis ponatur lineale ad gradum elevationis
poli arctici ad quos horologium intendis conficere
ex una parte et ex alia parte ad centrum .E. Et
notentur subtiliter puncta intersectionis linee f.g.
Unde Nota altitudo poli arctici Rome est 42.
gradus Nurenberge .49. Maguncie .50. Erfor-
die Colonie 51 graduum quod habetur in tabula
regionum Deinde quanto altitudines inveneris a
puncto b. versus a. Item pone unum pedem cir-
cini ad centrum .E. Vel in centro laceretur
motum infra ad libitum sed non ex linea et reli-
quus pes tunc extendatur in punctum eandem
signatum in linea f.g. Dum extensio stante pede
circini in centro vel infra ut dictum est trans-
feratur ad lineam .7. K. Item pone lineale ad
puncta ambo per eadem circini pede signata
et trahatur tunc linea transversalis per secta
latitudinem Iuxta quam transversalem lineam scri-
bitur numerus altitudinis poli secundum quem unum lineam
practicando est inventa Sic eciam faciendum
est de omnibus aliis lineis transversalibus ponendo
scilicet lineale ad ceteras poli elevationes ad placitum
et ad centrum E. precise ut dictum est et super-
scribitur numerus elevationis poli secundum quam linea
inventa est ad finem linearum transversalium
latitudinum protractarum Item invenies iterum
24. gra. numerus una 3 parte ex puncto .b. usque
a. Item ad finem 24. gradus pone lineale
ex una parte et ex alia parte ad centrum in-
notando intersectionem in linea f.g. Et
puncta intersectionis vocetur .n. ponatur
tunc pes circini immobilis ad punctum .g. et alte-
rum ad punctum .n. Et tunc pes immobilis

eqdis extensionis ad punctum K. reliquus pes ser-
sini versus .L. porrigatur in linea et punctus
habeatur m. Due igitur lineam ex puncto .n.
ad punctum .m. ultra pone pedem circini
immobilem ad punctum z. et vagum ad punctum
m. formando circulum occultum. Qui in tres
dividitur partes equales. Est enim ita divisus quando
in partes quelibet quarta dividatur in tres
partes equales, quelibet tertia in tria equalia ut
fuerint. Et nunc habentur ex toto 12 partes
equales. Ponatur extremum lineale ad duo
puncta puncto n. utrimque proximiora et
notetur subtiliter intersectio diametri in cir-
culo occulto. Et post iterum apponatur lineale
ad sequentia puncta. et sic notetur subtiliter
punctus intersectionis in dyametro circuli
occulti. Et lineale ut dictum est ad duo puncta
apposita sic ierat equaliter a linea m. n. et
de reliquis punctis fiat ut dictum est et ha-
bebuntur in dyametro circuli .18. spaciola
suis punctis distincta .6. partibus spacii
tertii unum signum relative descendendo et unum
ascendendo. Sed .3. primis ~~[illegible]~~ ex puncto
n. correspondet. ♋: sequentibus. ♌. sequentibus
3ª ♍. et oppositorum 3. ut primis tribus
tria. attribuuntur, aliis tribus ut. in fine. F.
et ascendendo scribatur. ♑. sub imis tribus
spaciolis habetur ♒. ♓. ♈. ♉. ♊. Et haec
sunt signa meridiei. Consequenter ponatur
unus pes circini immobilis ad lineam. r. s. et

mobilis pes extendatur ad alias lineas collate-
rales. Et sursum in linea m.n. fiat circu-
circulus qui ita actu divisus est in duo equalia
per diametrum circuli principalis. Tunc
ultra dividatur quelibet partium in .2. et erunt
4. partes, quelibet quarta in tres et erunt
12. partes. quelibet duodecima istarum in duas
partes dividatur et habebuntur ex toto .24.
partes equales. Fiantque diametri transversales
in circulo circulos equidistantes a linea m.n. ad
quas duas lineas trahuntur linee horarum
Hec enim linea per centrum circuli principalis
est linea hore .6. ante et post meridiem
Pone ergo lineolam versus signa meridiei a .2.
punctis linee hore .6. equidistantem et habetur
linea et hora .11. ante meridiem, vel .1.
post. et de aliis punctis ut dictum est supra.
de signis meridiei. Linee que signorum meridiei
erit linea .12. et tenentur linee horarie a
6. matutina ad .6. vespertinam. Si plures horas
habere velis pone lineolam ad duo puncta equi-
distantia linee hore .6. versus .k. punctum
et habebis lineam hore quinte ante et .7. post
meridiem et deinceps si plures habere volueris
lineas horarias. Et scribantur ibi numeri horarum
ante meridiem supra: post meridiem infra
Et completi sunt linee horarie. Postea fiat linea
distans a linea .m.n. ad quantitatem duorum [illegible]
vel ad libitum pro nota horarum. Et super .n.
ponatur .p. et super .m. ponatur .o. deinde fiat

Linea ex puncto .f. ad punctum .7. in cuius medio
ponatur circinus pes immobilis et alter moveatur
extendatur in punctum .1. et f. Fiat ergo
circulus circulus qui dividitur in tres partes
equales ut supra patuit de circulo signorum
meridie. Facte igitur puncte in linea .7.
f. ponatur super regula ad 3m punctum ex una
et ex alia partibus ad centrum .c. trahendo
lineam ad omnes transversales usque ad lineam
o.p. Et sic igitur tota scala erit divisa in .6.
partes sursum lineas usque non structas
sexte versus linea .7.c. scribatur .69. vel saltem
prima cum tertia scilicet Cancer. In 2. Leo. In 3. Virgo.
In .4. Libra. In .5. Scorpio. In .6. Sagittarius. Item
in .6. que incipitur a linea .c.f. scribatur
Capricornus. Aquarius. Pisces. Aries. Taurus. Gemini. sub Libra. et de aliis
Item posito linea ad cetera puncta inter-
media in linea .i.f. signata ex una parte
et ex alia parte ad centrum .c. Et trahantur
linee per omnes lineas transversales ad superficiem
inferiora et non ultra superficiem tria spacia
terminantur uni signo et sic completum est horalogium
Quod asserto rerum potest transferri in aliquam
asserem aptam pro horalogio inscribendo vel pro
ex quo tener angulus ex stando superius scilicet in
meridie maneat [illegible] et tot linee transver-
sales elevantur poli quot plaza erit ex [illegible]
in tercia linea horarum scilicet in angulum rectum
terra suppleas 7. [illegible] est [illegible] de [illegible] ad
asserem Est de [illegible] super [illegible] in [illegible]